



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 32. Missæ privatæ a Wittembergensibus abolitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI
A.C. 1521.

amplius celebrarentur, horrendi prorsus inde tumultus exorientur, quorum solus ego Auctor existisse proclamabor. Illud igitur meum est consilium, ut re cum præcipuis Academiæ ac Cleri membris prius discussa, doctrina ac probitate magis conspicui totum negotium tanta moderatione deciderent, ut felicite omnes tumultus, scissiones, ac seditiones in populo præcaveantur.

§. XXXII.

Missæ privatae a Wittembergensibus abolitæ.

Steid. l. c. 1.3.
P. 77.

Ergo Deputati, postquam cum ceteris sui Ordinis Doctoribus hac super re deliberationem habuerant, postera die, quid consilii cepissent, ad Electorem retulerunt, dicentes: una nostrum omnium opinio est, Missas privatas omnino abrogandas, idque absque strepitu effectui dari posse, si vero præter expectationem turbæ fuscitarentur, nihilominus rem esse aggrediendam censemus; adeo enim enormis hac in re corruptela invaluit, ut illam tollere, omnino necessarium sit; nec novum videri debet, quod nonnulli exurgant, qui sese rei sanctæ ac honestæ constitutioni opponent; jam enim ab exordio mundi plebis multitudo sanæ doctrinæ restitit, nec deerunt

deerunt tamen, quibus ex speciali Dei ^{Sæcul. XVI.} beneficio datum, ut legitimum Cœnæ ^{A.C. 1521.} Dominicæ usum approbent, ac recipiant; subjungebant iidem etiam, quod Missæ ritus a sacris literis præscriptus a deo manifeste a privati Sacrificii usu differat, ut longior deliberatio prorsus supervacanea existeret: præterea congregationes, ac societates nec ideo redditibus ac possessionibus auctæ fuerunt, ut certum Missarum privatarum numerum celebrent, sed ut juventutem scientiis, ac pietatis solidæ institutis imbuant, unde iidem proventus tam Magistris, quam ejusmodi Discipulis assignari, atque ad pauperum subsidia impendi poterunt; denique Electori suggerrere hæud dubitabant, quod hic usus usque ad S. Bernardi ætatem in Ecclesia viguerit, ac primum quadringentis abhinc annis turpis iste Missarum quæstus invaluerit, proin omnino extirpandus sit; quo magis enim, aiebant, hæc profanatio fenesceret, eo minus toleranda esset; suscitabit equidem hæc mutatio quosdam tumultus, id tamen nequitix duntaxat illorum adscribendum venit, qui pietatis ocores repugnante etiam ipsa conscientia ob lucri jacturam veritatem impugnant. Placuit Electori horum responsum, ac propterea Missæ privatæ primo in Wittembergensi civitate, ac

Hist. Eccles. Tom. XXXIV. F pau-

Sæc. XVI
A C 1521.

paulo post in omnibus Saxoniae ditionibus abolitæ sunt. Ex hujusmodi ausibus haud obscure colligebatur, quod Caroli V. edictum quantumvis severissimum periclitanti Religioni parum succurreret, nec hæresis progressus in Germania ullatenus filteret.

§. XXXIII.

Initia belli inter Carolum V. & Franciscum I.

Interea Carolus V. die vigesima quarta Aprilis Wormatiensia solvebat comitia, priusquam vero ipse inde in Flandriam emigraret, Sedis Apostolicæ Nuncium impense rogabat, ut datis literis summum Pontificem certiorem redderet, a se Legatos Romam mittendos, qui pro se ad Neapolis Regnum diploma obtinerent. Exposuit Carolo Nuncius, summum Pontificem, ut Cæsaris precibus annueret, minus propensum esse. Percepto hoc responso; *ergo, ipse, inquit, Romæ Papam adibo, ac quadraginta armatorum millibus stipatus mea eidem offeram obsequia. (*)* Ejusmodi
di

(*) Ejusmodi verba a piissimo Cæsare fuisse prolata, valde dubitamus, ubi nec unicum a Continuatore, testem allegatum videmus, ac ceteri